Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sionē apud cū faciemus. dicē de spū. Et ego rogabo patrē et aliū paraclytū
dabit uobis ut maneat uobiscū in eternū. spm̄ ueritatis quia apud uos
manebit et in uobis erit. quia uidelicet eiusdē sce trinitatis cuius una
atq; indiuisibilis natura diuinitatis est mansio in cordib⁹ electoꝝ dispar
esse non potest. Ergo quod dn̄s in templo sedens dicit in his que patris
mei sunt oportet me esse. declaratio est consempiterne dō patri potesta
tis et gl̄oe. Quod aut̄ rediens nazareth erat subditus illis. humane est ue
ritatis indiciū. simulq; humilitatis exemplū. In ea namq; natura sub
ditus erat hominib⁹ in qua minor est patre. unde ipse dicit. Vado ad
patrē. quia pat̄ maior me est. in qua etiā minoratus ē paulomin⁹ ab
anglis. In illa aut̄ in qua ipse et pater unū sunt. in qua non ex tem
pore uadit ad patrē sed semp in ipso est om̄a p ipsū facta sunt. et ipse
est ante om̄s. Cuius multū est miranda magn. e dispensatio pietatis.
qui dū parentes suos mysteriū diuin e sue maiestatis necdū capere ui
disset. exhibuit eis humane subiectionē humilitatis. ut p hanc eos
ad agnitionē diuinitatis instrueret. Cū enī dixisset quid est quod me
querebatis. an nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me
esse. et ipsi non intellexerunt uerbū quod locutus est ad illos. sic euan
gelista consequenter insinuat. descendit cū eis et uenit nazareth. et
erat subditus illis. Dicebat g̊ archanū su e diuine uirtutis. parentib⁹
humane fragilitatis sue. matri sue scilicet uere su e carnis. et castis
simo tutori castitatis illius. qui p id temporis necdū prolata luce
euangelica ab omnib⁹ pene qui eos nosse poterant. carnali coniunc
tione uir eius carnali ām̄inistratione pater estimabatur. simul et
uocabatur ipsius dn̄i saluatoris. Dicebat in quā his. quia in his q̄
patris mei sunt oportet me esse. Qui cū arcē tanti mysterii ascende
re intelligendo non possent. neq; aliter cū in his que uere patris eius
essent manere decernerent nisi ut comp̄hendere nossent. descendit